tur:tum etiã qꝛ hoc indicium non eſt diuina au
ctoꝛitate ſanatum:⁊ allegat.c.conſuluiſti.z.q.5.§.
⁊c.Dauid autem in illo facto excuſatur tãq̃ mo
tus ex inſtinctu ſpiritus ſancti: vt dicitur.z.q.5.
monomachiam.vbi dicitur ꝙ duellare eſt deuz
tentare.

Titulus quintus de doctoꝛibus ⁊ ſcholarib⁹. Sermo. cap.i.

Bonitatez diſci
plinam ⁊ ſciam doce me:quia
mandatis tuis credidi.ps.ii8.
Ut ait philoſoph⁹ p̃mo metha
phyſice.oẽs hoĩes natura ſcire
deſiderãt: hui⁹ rõ qꝛ vnũq̃dq̃z
naturaliter appetit ſuã perfectionẽ:⁊ qꝛ ſcia ſeu
cognitio veritatis perficit intellectũ quod eſt p̃/
cipuum in homine:iõ appetit ſcire vt perficiatur
Et ãt ait aug⁹.ꝙ ſunt quedã que melius ẽ neſci
re q̃ ſcire:di.38.q̃uis.non iõ hoc dicit quaſi ſit
aliqua ſcia mala de ſe:ſed ꝓpter abuſum eius in
q̃tum.ſ.quis male vtitur aliquoꝝ ſcia videlicet
vel ad oſtẽtationẽ ſm illud ſcia iſlat.ſ.coꝛpus.8.
c.vel ad curioſitatẽ ſuperſtitionem vel cupidita/
tem.Unde ber.Sunt q̃dam qui ſcire volunt vt
ſciant ⁊ curioſitas eſt.Sunt qui ſcire volunt vt
ſciantur ⁊ vanitas ẽ.Sũt qui ſcire volunt vt lu/
crentur ⁊ cupiditas eſt:quando lucrũ q̃runt per
fas ⁊ nefas.Sunt qui ſcire volunt vt edificent.ſ.
alios vel edificentur.ſ.in ſe ⁊ charitas eſt.De p̃
mis tribus generibus q̃rentibus ſcire.Sapiẽtie
dicitur Uani ſunt oẽs hoĩes in quibus nõ ſubeſt
dei ſcia.Et illud eccleſiaſtici p̃mo.In multa ſcia
multa eſt indignatio.De vltimo ãt genere dr̃
ſapientie:dedit illi.ſ.iuſto ſciã ſanctoꝝ:honeſta
uit illum in laboꝛibus: in hoc cõſiſtit talis ſcia vt
p̃mo ⁊ p̃ncipaliter cognoſcat deũ:deinde ſeipm̃.
⁊ quecũq̃z alia ſcire procurant ad deum finaliter
referat.Uñ aug⁹.p breuiſſima orõne ⁊ vltima di
cebat.Deus ſp idem nouerim te:noueriz me:qꝛ
igitur ſicut ⁊ alioꝝ bonoꝝ:ita ⁊ hi⁹ ſcie datoꝛ eſt
deus:ideo p̃s ſuo exemplo docet nos hãc a deo
poſtulandã ⁊ procurandam.d.bonitatez ⁊c.vbi
tria notantur.

Prĩo Ut cognitio veritatis a deo expectetur
ibi doce me.

z° Ut oꝛdo ꝯgruitatꝫ obſuet̃:ibi bo.di.⁊ ſciaz

3° Ut conditio humilitatis applicetur:ibi ga
ma.tu.credi.

Clarum eſt ꝙ nullus naſcitur magiſter ſed vacu
us omni ſciẽtia.Sicut enĩz ait philoſophus.z.de
aĩa.anima nr̃a naſcitur ſicut tabula raſa in qua
nihil eſt pictum ſed apta eſt pingi.Quãuis autẽ
cõiter ſcientijs doceamur per magiſtros:tamen
qꝛ oĩs homo mẽdax vt dr̃ in pſalmo.ſ.ex ſe,ꝓpt
q̃õ maximi philoſophi qui dixerũt:labia noſtra
a nobis ſunt:quis dñs nr̃ eſt?qꝛ non recognoue
runt ſciam ſuã a deo:ſed ſibi attribuebant:ſtulti
facti ſũt: vt dr̃ Ro.i.⁊ mľtos erroꝛes docuerũt
diſcipulos ſuos.Sed ⁊ ſi magiſter vera ⁊ optĩa
doceat:niſi deus illuſtret mentẽ diſcipuli irradia
tione ſaltem naturali:nullam ſciaz addiſcere põt
q̃s.Et hoc q̃õ ait xp̃s.mat.z3.Unus eſt magiſter
veſter qui in celis eſt:qui.ſ.eſt p̃ĩcipalꝛ ad mouẽ
dum intellectũ ad percipiẽdas ſciẽtias: ĩſuper ⁊
oĩs ſapiã a dño deo ẽ:eccľiaſtici.i.⁊ ab ipſo fõte
deriuate ſũt ſcie.Uñ ambꝛo.ſup ep̃łam ad col.
ait.Oĩs rõ ſuperne ſcie vel terrene creature ĩ eo
eſt q̃ eſt caput eaꝝ:⁊ auctoꝛ:vt qui hinc nouit ni
hil vltra querat:qꝛ hic ẽ pf̃ecta virtus ⁊ ſapiã:q̃c
quid alibi querit̃:hic pfecte inuenit̃.In daniele
⁊ ſalomõe oñdit̃ infidelib⁹ ſe auctoꝛẽ totius ſapi
entie:q̃õ ĩfideles nõ putant:qꝛ nõ legũt in euãge
lijs ⁊ ꝓphetis aſtrologiã ⁊ alia hi⁹ que deſpecta
ſũt:qꝛ nihil valent ad ſalutẽ ſed mittũt in erroꝛẽ
⁊ dũ eis ſtudẽt:curã aĩe nõ hñt.hec ille.⁊ hẽt di.
37.§.ſed econtra.A deo ẽ eſt ſpectãda ſcia ⁊ in
ploꝛanda dicendo:bonitatẽ di.⁊ ſciam doce me
Inuocaui ait ſapiens ⁊ venit in me ſp̃s ſapiẽ: ſa/
pientie.7.Sic ſalomon poſtulando ſapiãz ex au
ditus ẽ nõ ſolũ ad regenõ ꝓpľm recipiẽdo ſciam
ſed ⁊ moꝛaliũ:vt pꝫ in ꝓuerbijs ⁊ eccleſiaſti.⁊ di
uinoꝝ arcanoꝝ:vt in canticis canticoꝝ ac ẽt natu
ralium.Nam diſputauit de plantis a cedro vſq̃z
ad iſopum:⁊ de aĩalibus terre ⁊ volucribus ⁊ pi
ſcib⁹:vt dr̃.3.Re.3.⁊.4.Et qꝛ multa ſcripſit:lꝫ ñ
inueniant̃ nunc de hi⁹ naturalib⁹ eius ſcripta.Ita
tñ a deo ſpectanda eſt ſcia:vt ſolicitudo ⁊ laboꝛ
adhibeatur:pꝛouerb.z8.c.ſtude ſapiẽ fili mi.Sic
enim deus ſm cõem legẽ coꝛpoꝛa ſanat mediã/
tibus naturalib⁹ medicinis ⁊ cõſilijs medicoꝝ:⁊
aĩas peccatis languidas curat mediantib⁹ medi/
cinis ſp̃ualibus ſacroꝛum ⁊ ſacerdotibus ea con
ferentibus:iõ iſta dꝫ ꝓcurari ſibi q̃ vult ſanari:q̃
uis aliq̃ñ p̃ter cõem legẽ ſanet aliquos ĩ coꝛpoꝛ
ſine medicinis miraculoſe:⁊ in anima ſine ſacris
ita ſecundum curſum ſolitum docet hominẽ ſci/
entiam deus mediantibus magiſtris ⁊ laboꝛib⁹
⁊ exercitijs diſcipuloꝛum his vacantium:q̃uis
apľos docuerit omnem veritatẽ ſeu omnem ſci/
entiam ſine humana induſtria.Unõ hieronym⁹
dicit:q̃õ illis.ſ.apoſtolis ſuggerebat ſpiritus ſanc
tus:hoc alijs confert quotidiana ĩ lege domini
meditatio:laboꝛando igitur in ſtudio ⁊ a deo po
ſtulando bonitatem diſcipline et ſcientiam da/
bitur ei.

Secundo oꝛdo congru
us ſeruari debet in poſtulando ⁊ procurando ſci
entiam qui hic traditur:videlicet vt prius ⁊ po/
tius procuretur bonitas ⁊ exinde diſciplina ⁊ de
mum ſcientia.Nam vt ait apoſtolus.i.coꝛ.i3.ſi
nouerim omnia myſteria ſcilicet quo ad ſapien/
tiam diuinoꝛum:⁊ habuero omnez ſcientiã quo
ſ.ad noticiã naturaliũ:charitatẽ ãt nõ habuero:
nihil ſũ.Ipſa charitas ẽ q̃ facit aĩaz ſimpľr bonã

⁊ ex qua eſt vera bõitas ĩ homine ⁊ ĩ opib⁹ eius. Dicit enim aug⁹ radix omnium bonoꝝ eſt chari/ tas: de pe. di. z. quia. debet ergo poſtulari ⁊ ope/ re procurari.

Bonitas diſpoſitionis interioris q̃ ad effectū
Diſciplina cõpoſitionis exterioris quo ad actū.
Scientia cognitionis certioris q̃ ad intellectum

In adipiſcendo et ha/ bendo ſcientiã vtiliter ⁊ docendo oportet p̃mo habere bonitatem verã mentis: que vtiqꝫ pro/ cedit a gratia: ſꝫ illõ apoſtoli ad. Ephe. 5. c. Fru ctus lucis in omni bonitate. i. effectus gratie eſt omnis bonitas. Unde fulgentius. Nõ eſt pfecta bonitas a qua nõ oĩs malitia vincitur: hec autẽ bonitas eſt virtus. Unde. Auguſtin⁹ dicit. ꝙ vir tus eſt bona q̃litas mẽtꝭ q̃ recte viuitur. Et phi/ loſophus in libro ethicoꝝ 2° dicit: ꝙ virt⁹ bonũ facit habentem: ⁊ opus eius bonũ reddit: quod maxĩe ſit per charitatem: q̃ omnem virtutẽ cõ/ plectitur: vt. n. dicitur. Sapien. i. In maliuolam aĩam non intrabit ſapientia: nec habitabit in cor pore ſubdito peccatis: ⁊ ideo ſi fragilitate ĩ aliqđ peccatum labuntur q̃ꝫ citius reuertantur ad pe/ nitentiam: vt aĩa maliuola. i. que voluit malum peccati: efficiatur beniuola ⁊ non ſubdita pecca/ to: ſed bonitati. Unde ſepe confiteatur: ⁊ aliquã do cõmunicet: q̃ꝫuis enim peccatum non tollat hõi lumẽ naturale intellectus: ſed paſſionib⁹ mul tum offuſcat. Et diabolus ipſe qui hꝫ ſciam d̃ di uinis ⁊ hũanis ſuper oẽs mortales: qꝛ cũ ea bo/ nitatem virtutis non hꝫ ad augmẽtum ſibi eſt iu dicij: nec hominis meritũ ad qđ ſequitur glorie p̃mium ex ſcĩa eſt: ſed ex eius vſu bono qui pro uenit ex charitate. ⁊ rõ huius eſt: qꝛ ad meritum requiritur liberi arbitrij actus: ſed cũ intellectui ꝓponitur clare aliqua veritas: quam capiat: iam nõ eſt libera ratio ad aſſentiendum vel diſſenti endum: ſed captiuatur ⁊ cogitur ad diſſentiẽdũ. In vſu at̃ ſcientie concurrit actus liberi arbitrij qꝛ liber ẽ quilibet ad addiſcendũ vel docendũ vel conſiderandum ſuper aliqua materia: ⁊ ab his deſiſtẽdũ: ⁊ idõ h⁹ faciẽdo cũ bõitate. i. charita te meret̃: ergo bonitas p̃mo querẽda eſt. ⁊ quia cum vna ex potentijs in actu ſuo multum inten ditur: alie remittuntur ab actibus ſuis: quando intellectus laborat in ſpeculando virtutes ſcien tie: ſeu addiſcendo: ne affectus nimis remittatur a feruore bonitatis: ⁊ paulatim euaneſcat. Idõ in ter lectiones ſpeculabiliũ formanda eſt breuis oratio vel meditatio erga deum: aut lectio ſepe habenda de doctrinis moralibus ⁊ affectiuis: ſi/ cut legitur de beato Tho. de aquino: qui inter ex ercitia ſpeculatiuoꝝ quotidie legebat vel audie/ bat aliquid de collationibus vel vita patrum.

Debet ſecundo doctor ⁊ ſcholaris ꝓcurare di ſciplinã. i. cõpoſitionẽ morum exterioꝝ ſeu mo/ deſtiã: de qua dr̃ ecclesi. 45. c. dedit illi legẽ vite idest ſpiritualis grẽ ⁊ diſcipline. i. cõpoſitiõis ex terioris: ſed hoc tamẽ procedat ex bonitate inte riori. nam alias eſſꝫ hypocriſis ⁊ ſimulata egtas ⁊ duplex iniquitas. Unñ dicitur ſapien. i. Spirit⁹ ſanctus diſcipline effugiet fictum. i. ſimulatã cõ/ poſitionem actuum exterioꝝ. Debet ergo eẽ di ſciplinatus. i. moderatus ĩ verbo: vt pauca dicat ⁊ illa rationabilia ⁊ vtilia: qꝛ in multiloquio nõ deeſt peccatum. ait Salo. ꝓuerb. io. c. A conten tionib⁹ ad oſtentationẽ caueat detractionib⁹ ſu/ ſurrationibus: irriſionibus piurijs ⁊ turpib⁹ ver bis: quibus hodie multi dediti ſunt ſcholares. Inſuper emulationibus ſocioꝝ vel magiſtroꝝ ſuoꝝ. Scit quoqꝫ diſciplinatus in aſpectu: qꝛ vt ait aug. impudicus oculus impudici cordis eſt nuntius. Nõ ergo diſcurrat per plateas vel eccle ſias ad videndum mulieres: ⁊ procãdum: vel ſo ciandum: quia vt dicitur Mathe. 6. qui viderit mulierem ad concupiſcẽdum eam: iam mecha/ tus eſt ĩ corde ſuo eã Diſciplinã habeat in audi tu. Non audiat cantilenas turpia verba. Corrũ punt enĩ bonos mores colloquia mala. ait apo ſtolus. i. corin. 5. c. Nec audiat vt minus credat detractiones ab alijs factas: ſed horreat: vt enĩ dicit damaſ⁹. ii. q. 3. non ſolum reus ẽ qui de alio malum profert: ſed etiam qui aurem cito crimi nibus prebet. Diſciplina vtatur: in guſtu ⁊ cibo ⁊ potu ſit tẽperatus. Nam vt ait hieronymus. Uẽ ter pinguis craſſum ſenſum generat. In veſtitu quoqꝫ vt humiliter induatur: omnem luxuriam vitet: vt ſit diſciplinatus in tactu: qꝛ nil ita obnu/ bilat rationem: ſicut actus venereus ſecundum philoſophum. Unde per prophetam dicitur. Ui num ⁊ mulieres auferunt cor: eccleſia. 19. c. i. ratõ nem ⁊ bonitatem. A rixis abſtineat: ludis tripu/ dijs: conuiuijs partialitatibus circa ea que perti nent ad vniuerſitatem: ſed vt dicitur prouerbi. i. c. diſciplinam ſtulti deſpiciũt. communiter om nia iſta vitia hodie reperiuntur ĩ ſcholaribus: ⁊ aliquando in magiſtris: ⁊ ideo parum proficiũt

Bonitas ergo quo ad deum: diſciplina quo ad proximum: vtraqꝫ quo ad ſeipſum petenda eſt a domino. Debꝫ 3°. doctor ſiue ſcholaris vacare acquiſitioni ſcientie. Et quidem ſcientia eorum que pertinent ad ſtatum ſuum vniuſcuiuſqꝫ neceſſa ria eſt. chriſtianus enĩ quilibet ſcire debet: que ꝑ tinent ad chriſtianitatem: vt mandata dei ⁊ ec/ cleſie: medicus que ad medicine ſcientiam: ad/ uocatus etiam iureconſultus debet habere ſcĩe/ tias iuris. Sacerdos que pertinent ad debitam miniſtrationem ſacramentorum. Religioſi que pertinent ad religionem: ⁊ prelatus que ſpectãt ad debitum regimen populi: ⁊ doctor cuiuſqꝫ fa cultatis que ad illam pertinent: alias huius ſcien tie defectus pernitioſus eſt cuilibet tali. Unde iſai. 5. dicitur. Propterea captiuus ductus eſt po pulus meus: quia non habuit ſcientiam. ait do/ minus. Et Leo papa. Si in laicis videtur into lerabilis inſcientia: quanto magis in ſacerdoti/ bus: nec excuſatiõe digna eſt: nec venia: diſt. 38.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dicit enim dn̄s per ꝓphetaꝫ oſee.4.c.qꝛ tu ſci
entiaꝫ repuliſti:⁊ ego te repellā:ne ſacerdotio fū
garis mihi.Et Grati.ait:di.36.Nō ſufficit platis
bona conuerſatio quo ad primum.ſ. bonitatem
⁊ honeſtas moꝝ:quo ad ſcm.ſ.diſciplinā niſi ad/
datur ⁊ ſcīa:⁊ hoc eſt tertiū qđ poſtulatur dn̄ dr̄
bonitateꝫ ⁊ diſciplinam:⁊ ſciam doce me. Licet
āt ſcīa ſcripturaꝝ maxime vtilis ſit oībus ⁊ ne/
ceſſaria clericis:de qua hiero⁹.Diſcamus in terrꝭ
quoꝝ nobis ſcīa perſeueret in celis:⁊ ſtudio eius
maxime clerici ⁊ religioſi debeāt inſiſtere:vt oſt̄
dit gratia.di.36.per totuꝫ.tamē ⁊ vacare alijs ſci
entijs:vt quadriuij ⁊ triuij fine ⁊ modo debitis
nō ꝓhibetur ēt clericis ⁊ religioſis:niſi ſtudium
phyſice.i.medicine:⁊ legū:qđ vetatur certis per
ſonis eccleſiaſticis vt dicetur.ī.⁊ hoc vt vtiliori
bus vacent.Dicit enim hiero⁹.Muſica ⁊ geome
tria ⁊ ariſmetrica hn̄t in ſua ſcīa veritatē:ſꝫ n̄ ſūt
ille ſcīe pietatis:di.37.ſi quis.vbi dicit glo.ꝙ de
aſtronomia.i.aſtrologia non facit hiero⁹ mentio
nem:que ē quarta ſcīa in quadriuio que abijt ī
diſſuetudine:vel forte potius:qꝛ huic vacantes
falſitates īmiſcent iudicijs:⁊ non ſolū de natura
libus:ſed ⁊ de actibus humanis ex libero arbi/
trio ꝓcedentib⁹ ex conſtellationib⁹ volunt diuīa
re.Grāmatica āt que eſt ianua cūctaꝝ ſcīaꝝ non
ſolum vtilis ſed neceſſaria eſt:⁊ logyca ad diſpu
tandū ⁊ cōuincenduꝫ errores.vnde hiero⁹ ſi qs
grāmaticā artem nouit vel dialecticaꝫ:vt recte
loquendi rōnem habeat:⁊ inter vera falſaqꝫ di/
iudicet non īꝓbamus:di.37.ſi quis.ſcīa philo
ſophie plurimū confert ⁊ ad noticiā ſacraꝝ lr̄aꝝ
⁊ cōuincendos errores gentilium.Vn̄ aug. inqt
ſi quid veri de deo ſibylla aut orpheus ceteriue
gentiū vates.i.poete vel philoſophi dixerūt: va
let quidē ad paganoꝝ vanitatē cōuincēdam:di.
37.Et hiero⁹ ſi qſpiā aduerſus mathemathicos
velit ſcribere īperitos matheſeos riſui pꝫ:⁊ ad/
uerſus philoſophos diſputās ignoret dogmata
philoſophoꝝ.ſ.riſui pꝫ:di.37.Qui de menſa:⁊ in
huius figuraꝫ munera tria:que magi dn̄o obtule
runt ei vtiqꝫ grata:deſignant tres ꝑtes philoſo/
phie:vt ait gratia.di.37.ſ.naturalē:cui ſupponit̄
medicina.Moralē cui ſupponit̄ canonica ⁊ ciui
lis ſcīa ⁊ rōnalis q̄ ad logycā ꝑtinet. Rhetorica
āt cui deſeruit poeſis:ad perſuadendū ꝑtimuꝫ va
let.Vn̄ ⁊ ad p̄dicandū:⁊ in figuram tāq̄ꝫ rem ſibi
gratā:dn̄s in lege p̄mitias mellis iuſſit ſibi offer
ri deſignantē dulcedinē humane eloquentie: vt
vꝫ ī ipſa eloquentia deo īt̄dat placere:⁊ ſic hōi
bus nō ꝓpter ſe:ſed ꝓpter deū.Et in p̄dictoꝝ ex/
emplū Daniel ſactus ꝑmiſit ſe erudiri ī ſcīa chal
dea:que vtiqꝫ humana erat.daniel.i.⁊ moyſes fu
it eruditus in oī ſcīa egyptioꝝ.exo.6.paulus q̄qꝫ
apl̄s aliqua philoſophoꝝ ⁊ poetaꝝ ſuis ſcriptu/
ris īdidit actuū.6.Vn̄.i.cor.5.Sniam menandri
ponit.ſ.Corrūpunt bonos mores colloquia ma
la.⁊ ad Titum.i.pigmenidis poete verſus induc̄
Cretenſes ſꝑ mendaces male beſtie vētre pigri
⁊ contra athenienſes diſputans arati poete vtit̄
teſtimonio.d.genus cū ſimus dei in ipſo viuim⁹
mouemur ⁊ ſumus actuū.17.hiero⁹ ēt vſus ē qui
buſdā verbis virgil.de conſe.di.5.nunq̄.⁊ galie
ni ⁊ hypocratis:di.5.ne talis.Et aug. verbis lu/
ca.26.q.5.nec mirū. In horuꝫ ēt figuraꝫ p̄cepit
dn̄s populo ſuo iſrl̄ expoliare egyptios vaſis au
reis ⁊ argenteis ab eis mutuatis:moralr̄ inſtru/
ens:vt ſiue auꝝ ſapientie:ſiue argentū apud poe
tas inuenimus eloquentie illud in vſū ſalutiferū
nr̄e eruditionis vertam⁹:vt dicit gratia.di.37.§.
econtra.Beda etiam dicit.di.4.Turbat acumē
legentium ⁊ deficere cogit:qui eos a legendis ſe
cularibus libris oīmodis eſtimat ꝓhibendos:ī
quibus ſi qua vtilia ſunt quaſi ſua ſumere lꝫ.Eu
genius ēt papa ī ſynodo ſtatuit vt oīo cura ⁊ di
ligentia habeatur vt magiſtri ⁊ doctores cōſtitu
antur:qui ſtudia lr̄arum liberaliūqꝫ artium dog
mata aſſidue doceant:qꝛ in his maxime diuina
manifeſtātur:⁊ declarantur mādata:di.37.de q/
buſdā.⁊ extra ꝺ magiſtris.c.i.dr̄ ꝙ eccleſia ca/
thedralis dꝫ tenere magiſtros artium liberaliuꝫ
ad minus grāmatice:qui clericos ⁊ alios paupe
res doceant gratis:⁊ debet aſſignari magiſtro ꝓ
uentus vnius prebēde:⁊ eodē modo debēt alie
eccleſie facere:quaꝝ ſufficiunt facultates. In me
tropolitana eccl̄ia vlterius dꝫ eē magiſter theo/
logie:⁊ recipere ꝓuentus:non tn̄ ꝓpter hoc debꝫ
eſſe canonicus.Ipſa enim theologia eſt dn̄a om
nium ſciarum:⁊ oēs artes liberales ſunt ei ancil
le:⁊ ei deſeruiunt:⁊ ad hunc finē a clericis ⁊ reli/
gioſis in eis dꝫ ſtuderi nō ad vanitatē ⁊ curioſi/
tatem:ſed ad maiorē eruditionem ſcripturaruꝫ:
⁊ cuꝫ timore ⁊ obedientia:qꝛ ſcīa inflat:ait apo/
ſtolus.Quo autem ſit licitū vel illicitum in illis
ſtudere diffuſius habetur ſupra parte 2.ti.3.c. de
curioſitate.

Tertio oportet in docē

do ⁊ diſcendo humilitatē ſeruare:puerb.2.c.vbi ī
humilitas ibi ⁊ ſapientia:⁊ econtra dicit Grego⁹
ꝙ maximum obſtaclm̄ veritatis eſt ſuperbia:ad
hanc hūilitatē ꝑtinet:vt nec quis ſeipm̄ doceat:
nec ab alio ꝙ neſcit diſcere erubeſcat. Senex a
puero ⁊ ep̄s tot ānorum a collega:nec dū annicu
lo paratus ſum edoceri:ait ſūmus doctor Augu
ſtinus.24.q.3.ſi habes. Et hieronymus ſcribit
ad ruſticum:diſcas qđ poſſis docere:⁊ rationa/
bilem hoſtiam offeras deo:ne miles anteq̄ꝫ tyro
ne prius magiſter ſis q̄ꝫ diſcipulus.16.queſtiōe.i.
ſi clericatus.⁊.c.precedenti.ait Multo tempo/
re diſce que poſtmodum doceas:⁊ inter bonos
ſemper ſectare meliores.Tempus tacendi ⁊ tem
pus loquendi.Eccleſia.primo capitulo .quia pri
us veritas tacendo diſcitur poſtea docetur. Et
xp̄s ſapientia patris duodēnis in templo reper/
tus ē in medio doctoꝝ:nō qdem docens ſed au/
diens:⁊ interrogans illos.Lu.2.Vn̄ ⁊ hiero⁹ py
tagoricoꝝ doctrina eſt per qnquēnium tacere ⁊

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

poſtea erudite loqui:⁊ ſi quiſpiã ingeniũ acutiſ
ſimum hẽret. Augu. qui oẽs artes liberaleſ:⁊ ali
quas ẽt mathematicas per ſeipm legendo nullo
hoĩum tradente didicit. Melius tñ ⁊ certi9 a vo
ce viua ꝙ̃ moꝛtua libꝛoꝝ ſcientiam haurit. Naꝫ
vt dicit hiero9 hꝫ neſcio quid latentis energie vi
ue vocis actus:⁊ de oꝛe magiſtri in aure diſcipu
puli tranſfuſa foꝛtius ſonat. Pertinet ad hãc hu
militatem:vt diſcipulus credat regulis ⁊ doctri/
nis magiſtri. Vñ philoſo9 ait pͥmo poſterioꝛum.
Opoꝛtet addiſcentẽ credere. Et hoc eſt qđ dr̃ qꝛ
mandatis tuis credidi.q.d.ideo debes me docẽ
ſcientiã:qꝛ credidi regule tue doctrine. Si enim
ñ credideritis:nõ ĩtelligetis dicit iſaias. iſaie. 7.c
Quãtam humilitatem ⁊ auiditatẽ addiſcẽdi ha
buerint ab alijs ẽt doctiſſimi viri ⁊ ethnici oñdit
hiero9 in ꝓlogo biblie dicens. Legimus ĩ veteri
bus hiſtoꝛijs quoſdaꝫ luſtraſſe ꝓuintias nouos
adiſſe pplõs:maria tranſiſſe: vt eos quos ex li/
bꝛis nouerant:coꝛã quoqꝫ viderent. Sic pytha
goꝛas nẽphiticos vates:ſic plato egyptum ⁊ ar/
chytam tarentinum:eãqꝫ oꝛam italie que quon/
dam magna grecia dicebat̃:laboꝛioſiſſime pera
grauit:vt qui athenis magiſter erat ⁊ potens: cu
iuſqꝫ doctrinas academie gymnaſia perſonabãt
fieret peregrinus atqꝫ diſcipulus:malens aliena
verecũde diſcere:ꝙ̃ ſua ĩpudẽter ĩgerere. Deniqꝫ
quaſi toto oꝛbe lr̃as fugientes perſeqtur: captus
a piratis ⁊ venũdatus ẽt tyrãno crudeliſſimo
paruit. ductus captiuus vinctus ⁊ ſeruus:tamẽ
quia philoſo9 maioꝛ emente ſe fuit. Ad tituꝫ liui
um lacteo eloquentie fonte manantẽ de vltimis
hiſpaniaꝝ galliarũqꝫ finibus quoſdã veniſſe no/
biles legimus ⁊c̃.ibi vide multa exempla. Ma/
gno ⁊ excellenti ĩgenio viri cũ ſe doctrine pẽitus
dediſſent:quicquid laboꝛis poterat ĩpendi:con/
tẽptis oĩbus ⁊ ꝓuatis ⁊ publicis actionibus ad ĩ/
quirende veritatis ſtudiũ cõtulerunt: eſtimãtes
multo eſſe ꝓclarius diuinarũ humanarũqꝫ rerũ
inueſtigare ac ſcire rõnem:ꝙ̃ ſtruendis opib9 ac
cumulandis honoꝛibus inherere:quibus rebus
qm̃ terrene ⁊ fragiles ſunt:⁊ ad ſolius coꝛpoꝛis
pertinent cultũ:nemo melioꝛ nemo iuſtioꝛ effici
poteſt. Erant quidem illi veritatis cognitiõe di
gniſſimi quã ſcire tãtope cupiuerunt:atqꝫ ita vt
rebus oĩbus eam anponerent. Nam ⁊ abieciſſe
quoſdã res familiares:⁊ r̃nũtiaſſe vniuerſis vo
luptatib9 ꝯſtat:vt ſolã nudãqꝫ virtutẽ nudiqꝫ ex
pediti ſequerentur. Hec lactãtius in principio de
falſa religione.

¶ De mult] q̃ ꝑtinẽt ad doctõatũ ĩ diuerſis ſcien
tijs:⁊ de pluribꝰ defectibꝰ doctoꝝ ⁊ ſcholariũ.c.z.

Auguſtinus de an

chona ĩ libꝛo de ptãte eccl̃iaſtica dic̃ ꝙ
magiſtrãdus in theologia tenetur ſcire hũanas
ſcientias:⁊ ratio eſt:qꝛ cũ magiſter in theologia
teneatur diuinã ſcripturã declarare intelligibili
ter:docere eloquẽter:⁊ cõtra ĩpugnantes: defen/
dere fideliter:⁊ ad hec tria plurimũ valeant ſciẽ
tie humane methaphyſice:ſcientie diffiniendi ⁊
diuidendi rhetoꝛice ethice ⁊ politice:iõ dꝫ hẽre
noticiã taliũ:ita tamẽ ꝙ nõ ſiſtat in eis:ſed ĩ theo
logia finaliter. Et credibile eſt vt ait Aug9 ꝙ phi
loſophi de lr̃is noſtris habuerunt quecũqꝫ bona
⁊ quecunqꝫ vera dixerunt. Cum autẽ lr̃as gentꝭ
hebꝛeoꝛum in qua vnius dei cultus emicuit:nec
ĩpe pythagoꝛas habuit a cui9 poſteris platonici
theologiã didiciſſe aſſerunt̃. Et ideo ſi qua vᵃ
dixerunt tãqꝫ ab iniuſtis poſſeſſoꝛibus accipien
da ſũt. Vñ ⁊ caſſiodoꝛus ait ꝙ oĩs ſplẽdoꝛ rhe/
toꝛice eloquẽtie:oẽs modi poetice locutionis
a diuinis ſcriptoꝛibus ſũpſit exoꝛdium: di. 37. §.
ecõtra. §. deniqꝫ Vtile ẽt ẽ ⁊ congruũ ſcire talem
magiſtrũ varias linguas ꝓ̃cipue ebꝛaicam ⁊ gre
cam ꝓpter infideliũ conuerſionẽ:⁊ ꝓpter ſcrip/
ture ſacre plenioꝛẽ intellectionẽ. Magna enim
ſacramenta ſunt in ĩterpꝛetationibus nominũ ꝓ/
cipue hebꝛaicoꝛuꝫ:vt patet in expoſitione dicte
ſcripture:⁊ ꝓpter docentium maioꝛẽ fructifica/
tioneꝫ. Vñ extra de magiſtris ſtatuitur ꝙ in vr
be ⁊ quibuſdam alijs locis habeantur docentes
hi9 linguas.

Oꝛdinatio autem ſtu/

dioꝝ:⁊ ꝓ̃cipue ĩ theologia ⁊ canonico iure ꝑtinet
ad papã. Vñ ex̃ de magiſtris.c.i.⁊.c.qm̃. ſtatuit̃
ꝙ teneãt̃ mgr̃i ĩ theologia ad docendũ theologiã
ĩ eccl̃ijs metropolitãis:⁊ ĩ.c.ſup ſpecula.ð mgr̃is
mãdatur ꝙ ꝓlati eccl̃iaꝝ:⁊ capl̃a mittãt aliquos
dociles ad ſtudendũ ĩ theologia:huius rõ ẽ.q̃dru
plex ſꝫ Aug. de ancho. ĩ li. de ptãte eccl̃iaſtica. Di
cit.n.ꝙ fides xp̄iana cui9 papa ẽ caput ⁊ directoꝛ
multis mõis iuuat̃ ⁊ ꝓmouet̃ p oꝛdiationẽ ſtudi
oꝝ. pͥmo ĩ erroꝝ vitatiõe. Nõ.n.pñt erroꝛes vita
ri:⁊ r̃pꝛobari:niſi cognoſcãt̃:vñ ex defectu ſcie ꝓ
uenit colere multos deos. Vñ dr̃ Sapie. 13. ñ co
gnoſcẽtes qs eẽt oĩum artifex:aut ignẽ:aut aereꝫ
aut gyꝝ ſtellaꝝ:aut aquã:aut ſolẽ rectoꝛes oꝛbiſ
t̃raꝝ putauerũt. 2° ĩ vicioꝝ vitatiõe. Sic.n. vi/
tioſi ñ curãt̃ niſi p virtuoſos:ſic ſtulti quoꝝ ĩfini
tus ẽ numer9:ñ curãt̃ niſi p ſapiẽtes. Vñ ſcribr̃ ſa
pi. 6. ꝙ multitudo ſapiẽtũ ſanitas oꝛbis terraꝝ ẽ
⁊ rex ſapiẽs ſtabilimẽtũ popl̃i. ſapi. 6.c. Plato etiã
dicebat reſpu. foꝛe beatas:ſi ſapiẽtes eas guber/
narẽt:vl̃ q eas gubernãt ſapie vacarẽt. 3° ĩ iudi
cioꝝ ðterminatiõe. Nõ.n.alr̃ iudicia iuſte deter
minari pñt:niſi p ſapiẽtũ diſcuſſiõem. Vñ ⁊ ſalo
moni dictũ eſt. 3. Re. 3. qꝛ poſtulaſti tibi ſapientiã
ad diſcendũ iudiciũ:ecce feci tibi ſm̃ ſermões tu
os:⁊ dedi tibi coꝛ ſapiẽs ⁊ ĩtelligẽs. 4° ĩ regni ⁊
ppl̃oꝝ dñatione. Nõ.n.pñt q ꝓ̃ſũt iuſte dñari:⁊
ĩpare ſubditis:niſi vigeãt ĩtellectu ⁊ ſcia. Vñ ſcri
bitur ſapi. 8. p ſapiam hẽbo claritatẽ ad turbas
⁊ honoꝛes apud ſenioꝛes ⁊ iuuenes:diſponaꝫ p
ĩpſã populos:⁊ nationes mihi erũt ſubiecte: ppt̃
iſta ergo facta eſt decretalis ĩ cõcilio lateranẽ. ⁊

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

poſtea p ino.3.cōſirmata:q̄uis male ſeruet̄:mo
dicū tn̄ vtile eſt bonos canones cōdere ⁊ eos n̄
ſuare.Ubi ēt nōnduz ſ₃ eūdē.Aug⁹ d ancho. q̄
p̄mum ſtudium fuit ordinatum in egypto:ibi nā
q̄ gens ſacerdotum vacare dimiſſa eſt ad inuē/
tionē ſciarum:vt dicit phi⁹ in primo methaph.
fuit āt illa ordinatio ſtudij circa ſcias mathema
ticas:que vt d.ē Aug⁹ de doctrina xpiana vtiles
ſt ad ſacrā theologiā ītelligēdā:⁊ ſi n̄ neceſſe.Et
q̄uis illi ſacerdotes ſacrā ſcripturā ignorarēt:tn̄
ip̄a₃ figurabāt:⁊ ɔdicionē docētiū eā:p̄mo qdē
q̄ illa₃ ſcia₃ inuentores erant ſacerdotes:q ſti/
pēdia a cōmunitate pcipiebāt:liberi a ſēſu regali
vel iudiciali exn̄tes:ſm illō gen̄.47.ſubiecitq₃
pharaoni ioſeph omnem terrā egypti p̄ter terrā
ſacerdotū:que a rege fuerat tradita eis.¶ 2°.pp̄
mō₃ tradēdi illas ſciētias:quia.ſ.tradiderūt illas
ſcias per quaſda₃ ſimilitudines ⁊ figuras:quod
eſt proprium theologie.Unde dicit philoſo⁹ pri
mo methaphy.illos.theologizaſſe eo.ſ.q̄ figura
tiue ⁊ methaphyſice locuti ſūt.Qz autem ſciant
magiſtri in theologia ſciētias ſeculares vł vari/
as linguas:⁊ parum vel nihil ſciant vel ſtudeant
ſcripturam ſacrā:valde reprehenſibile ⁊ īcōgru/
um eſt.Parate inquit p̄nceps apoſtolorū in p̄ma
canonica ſua reddere ratiōem omnipoſcēti vos
d ea fide ⁊ ſpe que ī vobis p̄ma ē petri.3.c.Et hie
ronymus.Sacerdotis eſt interrogatum reſpō/
dere de lege:n̄ ait de philoſophia vel geometria:
ſ₃ de lege ſcilicet dei:que ē ī ſacra ſcriptura.Sed
hodie clerici ⁊ religioſi nō vacant niſi ſophiſma/
tibus ⁊ formalitatibus ⁊ methaphyſicis vel ſer/
monibus falleratis ciceronis.Et ſi canōes vidēt
non niſi de iudicialibus.Et vix aliquādo dignā
tur aſpicere ſacras ſcripturas:textu₃ ſententia₃:
librū decretorū:fundamēta iuris diuini ⁊ canōi
ci:vt īpleat̄ illud ſapiētie.Semp diſcētes ⁊ nūq̄
ad ſciētiā peruenietes.

Querit auguſtinus de

anchona in libro:vbi ſupra.Utrū magiſtrandus
in theologia teneatur ſcir̄ ius canonicū.Et reſpō
dit q̄ diſtinctio vnius ſciētie ab alia nō accipitur
penes re₃ que cognoſcit̄:ſed penes diuerſū modū
ſciendi:vnde penes diuerſū modū conſiderandi
philoſophus.6.methaphyſice poſuit diſtictionē
ſcientia₃.Illa ergo eadē que tractātur in theolo
gia recipiūtur ī iure canonico:⁊ que r̄ſpuūtur ibi
reſpuūtur ⁊ hic:vt di.12.oīa.⁊.di.16.c.ſācta roma
na.Differunt tn̄ theologia ⁊ ſcientia canonica in
modo cōſiderandi q̄tū ad qnq₃.¶ Primo qdē
qz a theologia determinātur ille materie de di/
uinis ſacramētis ⁊ alijs ac moribus fideliu₃ mō
ſubtili:⁊ quaſi per quid:eo tn̄ mō quo in theolo
gia aſſignari poteſt ꝓpter quid:in iure āt canōico
mō groſſo ⁊ poſitiuo ⁊ ſolū qz.¶ 2°qz illa deter
minātur a theologo principaliter ꝓpter veritatē
cōtēplationem:a canoniſtis p̄ncipaliter ꝓpter ac
tionē ⁊ q̄onum occurrentiū ſolutionē.¶ 3° qz a

theologia determinatur p̄ncipaliter de cultu dei
⁊ de his que ſpectāt ad integritatē fidei vni⁹ dei:
a canoniſtis magis de miniſtro₃ ordie ⁊ eccl̄ia
ſtico₃ negocio₃ ſpectātiū ad talē cultū.¶ 4°.qz
a theologia determinātur canōes quatr̄ pijs opi
tulētur ⁊ defendātur contra īpios.In iure cano
nico quo opitulentur pijs ⁊ defendātur cōtra im
pios.¶ 5°.qz a theologo determināt̄ magl̄ vniuer
ſaliter ⁊ in foro cōſcientie:in q̄ agitur cā īter deū
⁊ hoiem:a canoniſtis vero magis particulariter
applicando ad pticularia negocia ī foro exterio
ri iudicij:in quo agitur cā inter hoiem ⁊ hoiem.
Et qz ſermones vl̄es ī materia morali pa₃ ſunt
vtiles:vt d̄r primo ethico₃:ideo puto q̄ ꝓuida
ordinatio eſſet:vt dignus magiſtrari in theolo/
gia poſt lecturam libri ſn̄iarum teneretur legere
librū decreto₃:quatenus magis tritus ⁊ exper
tus aſſumeretur in his que ſunt neceſſaria ad cō
ſulendū ſaluti aīarum.Hec ille.Ex quibus elici
poteſt r̄nſio q̄ nō tenetur de neceſſitate ſ₃ de cō
gruitate.Eſt enim ſciētia canonica queda₃ pra
tica theologica.Sed contēplatio dei ad quā or/
dinatur theologia:tanq̄ ad fine₃:acquiri nec po
teſt vere ⁊ vtiliter:niſi per charitatem ⁊ virtuoſa
opera ⁊ obſeruationem mandato₃:que pertinet
ad praticam.Sicut autē theologia nō reſpuit ſci
entias humanas que pluribus erroribus admix
te ſunt:ita ⁊ ius canonicum non reſpuit terreni ī/
perij leges:que minus erroris habent q̄ ſcientie
ſecularres.¶ Un̄ ſicut magiſtrandus in theolo/
gia d₃ prius ſcire ſciētias humanas:vt clarius ⁊
ſubtilius poſſit ītelligere ſacrā ſcripturā:ſic mul/
to magis d₃ ſcire ſancto₃ canones:vt meli⁹ ⁊ fru
ctuoſius poſſit cōſulere ſaluti aīarum.Nō etia₃
q̄ l₃ tho.in qōlibet.3.q.4.ar.1.teneat nō eē illici
tum ꝓcurare magiſteriū:ſi alias ſit idoneus:⁊ ad
bonū finē querat hoc ⁊ debito mō:ſed ꝓcuratura₃
⁊ ſi alias idoneus ⁊ ad bonū finē nūq̄ licitū eſſe
ꝓut hēs de hoc diffuſe in 2ª pte ti.3.c.de ambitio
ne.Aug⁹ de ancho.vbi ſupra t₃ nō eē licitū:etiā ſi
alias ſit idoneus ad magiſteriū.Quod ſi verū ē
peccarent qui admitterent tales.Sz dur⁹ eſt hic
ſmo cōdēnare tot ⁊ tantos.Sz certo certi⁹ ē nō
eſſe abſq₃ graui peccato q admittūt ad hi⁹ idoc/
tos ⁊ ineptos.Un̄ p̄mittitur vigoroſū examē per
lectionē aliquā ⁊ diſputationē:ī qua ad argumē
ta h₃ r̄ndere.Et exinde ab his q ſunt de collegio
h₃ per cedulas approbari vel reprobari ſm ma
iorem ptem eo₃.Et p cācellariū ſeu vicecācella
rium ſtudij datur ſibi lnīa recipiendi doctoratū
vel ī theologia vł in iure vł philoſophia vel me
dicīa:⁊ ptās cathedrā tenēdi legendi ī ſtudijs di
ſputādi publice interp̄tandi gloſandi ⁊ alia hi⁹.
Deinde ipſe doctorandus poſt aliquē ſermones
per eum factum ad commendationem illius fa/
cultatis petit ab vno ꝓmotorū ſuo₃ quē nomi/
nat ibi exiſtentem dari ſibi inſignia doctoratus.
Et ille ſurgens poſt cōmendationē illius ſcientie
in qua debet doctorari ⁊ commendationem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

doctoꝛandi dat ſibi īſignia: vz primo libꝛ clau
ſum vt habeat in mente clauſam ⁊ habituatam
illam ſcientiam: ⁊ teneat clauſaz indignis: ⁊ quo
ad ea que non expedit manifeſtare. ¶ Secūdo
dat ſibi librum apertū vt doceat alios ⁊ manife
ſtet. ¶ Tertio dat ſibi ānuluz deſponſando talē
ſcientiam ſibi. ¶ Quarto biretum in ſignum au
riole ſeu premij. ¶ Quinto oſculum pacis

Quertur etiaz quid ſit

magis expediens an inſiſtere ſcientie theologie
puta docendo vel legendo alijs: aut intēdere ſa
luti aīarum. Ad qđ rńdet tho. in quolibet. i. q. 7.
ar. 2. ꝙ hec duo adinuicem compari poſſunt du
pliciter: vno modo abſolute: alio modo ī aliquo
caſu. Et pͥma quidem cōſideratione melius eſt
ſeu magis expediens inſiſtere ſcientie theologie
q̄ȝ intendere ſaluti particulari aīarum: puta ſa-
cramenta miniſtrādo: vt baptizando ⁊ cōfeſſio
nes audiendo ⁊ hmͦ: quod ꝓbatur per exempluz
Nam in edificio aliquo melioꝛ eſt qui diſponit
de edificio: ⁊ dr̄ architectoꝛ: q̄ȝ aliquis manualiſ
qui opere exequitur ſcḋm qđ ei ab alio diſponit.
Vñ ī edificijs cōſtruēdiſ maioꝛi mēcede ɔducit
q de edificio diſpōit: q̄ȝuis nihil operꝫ māibꝰ: q̄ȝ
māuales artifices q dolant ligna ⁊ incidunt lapi
des. In edificio autem ſpuali ſunt quaſi manua
les operarij qui particulariter inſiſtunt cure aīa-
rum: puta ſacramenta miniſtrando vel aliquid
huiuſmodi particulariter agēdo. Sed quaſi pͥn-
cipales artifices ſunt epiſcopi qui imperant ⁊ di
ſponunt qualiter predicti officium ſuum exequi
debeant: propter quod epiſcopi ideſt ſuperinten
dentes dicuntur. Et ſimiliter theologie docto-
res ſunt quaſi principales artifices qui inquirūt
⁊ docent qualiter alij debent ſalutem animaruz
procurare. Simpliciter ergo melius eſt doce-
re ſacram ſcripturam ⁊ magis meritoꝛium: ſi bo
na intentione agatur: q̄ȝ impendere particularez
curam ſaluti huiuſmodi vel illius. Unde ⁊ apo-
ſtolus de ſe dicit. i. coꝛin. Non miſit me dominꝰ
baptizare ſed euangelizare: quāuis baptizare ſit
opus maxime conferens ſaluti aīarum. Et ſcḋo
thimo. ſecundo ait apoſtolus. Cōmenda hoc fi
delibus qui idonei ſunt ⁊ alios docere. Ipſa enī
ratio dictat ꝙ melius eſt erudire de pertinentibꝰ
ad ſalutez qui in ſe ⁊ in alijs poſſint pꝛoficere q̄ȝ
ſimplices qui in ſe tantum poſſunt pꝛoficere.
¶ Secundo ſecundū ſuam conſiderationem. i. ī
aliquo caſu neceſſitate īminente debēt epi ⁊ do
ctoꝛes intermiſſo pꝛopꝛio officio particulariter
intendere ſaluti aīarum. Debēt ergo rectoꝛes ec
cleſiarum non ſolum habere competentem ſciē
tiam litterarum: ſed etiam tēpoꝛalium negocioꝝ
ſolertiam: vt eoꝛum cautela eccleſie ſeruētur in-
dēnes: di. 39. per totum. Et licet quis pꝛopter ho
ruz ſimplicitatē repellatur ab obtinendo benefi
tio: non tñ deijcitur ab obtento: ſed datur ei co-
adiutoꝛ: vt. 7. q. i. qꝛ frater. extra de elec. c. cum ī
cunctis. Secus autem in litteratura: qꝛ ſi non hꝫ
cōpetentem poteſt remoueri.

Queritꝰ inſuper que ſit

dignioꝛ ſcientia medicina vel ſcientia iuris. Ad
qđ rńdit aug. de ancho. vbi ſupra vnam ſcientiā
eē digniorē alia contingit tripliciter. ¶ Primo
ex parte rei conſiderate. ¶ Secundo ex pte mo
di conſiderandi. ¶ Tertio ex pte finis ad quem
oꝛdinatur. Et pꝛimo modo. ſ. ex parte rei cōſide
rate methaphyſica eſt dignioꝛ omni alia: cū eiꝰ
ſubiectū ſit ens ī q̄tum ens. ex parte vero mōi ɔ-
ſiderandi mathematica ē dignioꝛ naturali phi-
loſophia cū modo abſtractioꝛi conſideret: ex p-
te finis architectomatice digniores ſubſeruienti
bus: ſicut militaris eſt dignioꝛ frenefactiua. Sci-
entia ergo medicine vr̄ dignioꝛ alijs ſciētijs pꝛa
ticis: cum ſit de coꝛpoꝛe ſano egro ⁊ neutro: qđ
coꝛpus eſt oꝛganum aīe ⁊ oīuni actuum huma-
noꝛum. Ex parte vero finis dignioꝛ vr̄ ſcientia
legalis vl̄ militaris cū oꝛdinetur ad conſeruatō
nem boni publici: qđ pꝛefertur cuiuſlibet ꝑticu-
laris pſone. Sed ex pte modi cōſiderandi vl̄ i-
certitudine tradendi videt̄ ſe hēre ſicut excedē
tia ⁊ exceſſa: qꝛ ſicut regula medicinalis variā
da ē ex varietate ɔplexionum: ſic regula iuriſpi-
toꝝ varianda eſt ex varietate conditionū ꝓpli:
vt dicit augꝰ de libero arbitrio. Cū ergo ſcientia
medicine ⁊ iuris ſe habeant ſicut excedētia ⁊ ex
ceſſa: ⁊ vtraqꝫ a deo ſit. Nam de medicina ſcrip
tū ē eccleſiaſtici. 38. Altiſſimus de terra creauit
medicinā: ⁊ vir pꝛudens nō abhoꝛrebit eam. Et
de iure ſeu legibus dr̄ ꝓuerb. 8. per diuinā ſapiē
tiam: per me legū cōditoꝛes iuſta decernunt: ⁊
vtraqꝫ eſt ſatis neceſſaria hōibꝰ. Medicina ad
ſanationē coꝛpoꝛū: iura ad pacificū hoīum vic-
tum: vt dr̄ di. 3. §. facte ſūt leges ⁊ vtriuſqꝫ pitus
multū ab hōibus honoꝛet̄. Vñ dr̄ eccl'iaſtici. 38
de medico diſciplina. i. doctrina ⁊ expimentū eiꝰ
p eā exaltabit caput illiꝰ: ⁊ ī cōſpectu magnatoꝝ
collaudabit̄. Et de iure quo exercet̄ iuſticia hē-
tur ſapientie. 8. p hanc hebo claritatē ad turbas
ſ. iuſticiā legis ſeruatā ⁊ honoꝛē apud ſenioꝛes:
iō debēt iuriſpiti ⁊ medici ſeruare illud apli ho
noꝛe īuicem pueniētes. Ro. i2. ⁊ ñ alter alterꝝ cō
